



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

LXI De confessione peccati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

HAY. DE VARIET. LIB.

ria p̄teritorū facinorū, recordatio futurarū p̄narū, cōsideratio peregrinatiōis suæ in huius vitæ longinquitate, desiderium supernæ patriæ, quatinus ad eā quantocius valeat peruenire.

De recordatione peccati. Cap. LX.

Bonū est homini semper añ oculos p̄pria adhibere delicta, secundū Psalmi sententiā. Peccatū meū contra me est semper. Sicut eīm non oportet reminisci p̄cti affectū, sic semper necesse est suū in deflendo memorare p̄ctm̄. Serui dei tanta recordatio debet esset peccati, vt ea quæ gessit semper lachrymās cōfiteat̄. Vñ & psalmista dicit: Cōuersus sum in grumna mea dum cōfigitur spina. P̄ctm̄ meū tibi cognitū feci, & dixi, pronūciabo aduersus me in iustitias meas dño & tu remisisti iniquitatē p̄cti mei.

Psal. 37.

De Confessione peccati. Cap. LXI.

Salomon ait: Qui abscondit scelera sua non dirigeretur, qui aut̄ cōfessus fuerit & reliquerit ea misericordiā consequet̄. Hinc beatus Iob ait: Quapropter & ego non parcā ori meo. Ori eteīm suo parcat, qui cōfiteri malū quod fecit erubescit. In labore quippe os mittere est, hoc ad confessionē perpetratæ iniquitatis occupare. Sed iustus ori suo nō parcat, quia nimis irā iudicis districte p̄ueniēs, verbis cōtra se p̄prie cōfessiōis s̄auit. Hinc Psalmista ait: Præueniamus faciē eius in cōfessione. Hinc scriptū est. Dic iniquitates tuas vt iustificeris. Ex eo vnusquisq; iustus esse incipit, ex quo sui accusator extiterit. Confessio eīm p̄nitentiā monstrat, P̄nitentia satisfactiōnē

Pro. 28.

Psal. 94.

LIBER SECVNDVS.

ostētat, satisfactio veniā sibi diuina pietate cōciliat. Nec em̄ poterit indulgentia tribui, nisi irā dei possit cōfessione placare. O veneranda pietas dei, peccam⁹ & parcat, delinquimus & ignoscit, offendim⁹ & adhuc placatus existit. Vnde qualis erga iustos sit mōstrat, dum talē se erga pctōres ostentat. Nec peccator poterit iam excusari, qui cōfessionē per quā venia nascitur, non properauit amplecti, quō possit reus gemino crimine detineri, dum primo legē contempsit vt delinqueret, & cōfessionis remedia amplecti noluit vt periret. Rape tu quisquis es remedia, qui peccando diuina cōtempstisti p̄cepta. Confessio afferat salutē, cui contemptus attulerat mortē. Confiteant̄ singuli queso vobis fratres delictū suū dum adhuc qui delinquit in seculo est, dum admitti confessio eius potest. Dum satisfactio & remissio facta p̄ sacerdotes apud dñm grata est, cōuertamur ad dñm mente tota, & p̄nitentiā criminis veris doloribus exprimentes dei misericordiā deprecemur. Illi se anima p̄sternat, illi mens tota satisfaciat, illi spes omnis incumbat. Rogare aut̄ qualiter debeamus dicit ipse: Reuertimini ad me in toto corde v̄ro, simulq̄ in ieiunio & fletu & plāctu & scindite corda v̄ra, & nō vestimēta v̄ra. Ad dñm tota corde redeamus, irā & offensam eius ieiunijs & fletibus, sicut admonet ipse, placem⁹.

iohel, 24

De P̄nitentia. Cap. LXII.

BEatus Ioannes p̄cursor dñi nostri (quo nemo maior inter natos mulierū surrexit, de quo Prophet̄a dixerat: Ecce mitto angelū meū ante fa-

Mat. 11. 3
Mala. 3

g. ij